

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

exspectant, Heb. 10.v.27 Reseruantur ad iudicium, & Per. 2.v.4 Tum cum corpore iuncta anima cruciabitur,

Volum huius loci de animæ immortalitate ipse Salomon hoc eodem cap. 12. ostendit: Quia piorum tantum anima redit ad Creatorem, Ergo memento Creatoris, &c. versic. 1. Serua animam puram & sanctam: Sanguine Christi mundatam, 1. Joan. 1.v.8. 1. Cor. 6 Vide 1. Petr. 1. v. 2. & 2. v. 11. Et commenda illam Domino in tota vita. Psal. 31. v. 6. & in morte, Act. 7.v.59. 1. Pet. 4.v.19. Sic anima cum corpore in perpetua vinet gloria. A M E N.

F I N I S.

## THEMA LXXXVII.

Eccles. 12.v.13. ad finem.

*Audiamus, &c. Time Deum & serua mandata eius,  
& quæ sequuntur ad finem libri.*

## D I S P O S I T I O.

Prouerbio nostris admodum visitato dicitur, conciones breuissimas omnibus esse gratissimas. Hoc itaque loco Salomon conciunculam habet breuissimam, quæ tantum quatuor aut quinque verbis, immo fere tantum tot syllabis conlata, Förcher: Gott halts in Gebott. Merito itaq; debet nobis esse grata. Et tanto magis, quod ipse refert, in his pacis verbis contingi summam omnis doctrinæ.

Deinde docet etiam, ad quos hæc totius doctrinæ diuinæ summa pertineat.

Tertio etiam rationem addit, quare firmissime tenenda sit hæc doctrina. Hæc omnia mira breuitate complexus est Salomon, & his verbis finem suo Ecclesiastæ imponere atque sic multa simul docere voluit. Hæc etiam nos in præsenti funere breviter tractabimus.

## I. Pars.

Summam omnis doctrinæ cœlestis in hoc consistere

S 5

affe-

afficit Salomon, vt 1. timeamus Deum, 2. & mandata ipsius seruemus.

Plurimi conqueruntur, se non omnia memorie man dare, nec etiam retinere, aut addiscere posse, quæ ex sacris frequenter audiuit. Compendio itaq; sapiens illa omnia volunt complecti, & quidem tam breui, vt omnes possint capere.

Sicut autem sapius in proverbiis & Ecclesiaste, ita etiam hoc loco, & in fine incalcat hominibus timorem Domini.

Timere autem Dominum in scripturis, significat colere & venerari Deum. Timor pro cultu accipitur. Vide supra Disposition. Themat. 77. in hacz, parte promptuarii.

Qui enim Deum timeret, & metuit iustum ipsius iram & indignationem, recte facit, & cauet à peccatis.

Est itaque timere Deum hoc, Expausecere cognitione iræ Dei aduersus peccata : & vitare illa metu iudicii diuinæ: Deoque se humiliter subiiceret, iuxta illius voluntatem omnes actiones (quantum in hac carnis imbecillitate fieri potest) instituere, & post peccatum commissum mature relipisci.

Hic timor piorum filialis dicitur, & opponitur seruili, Rom. 18. v. 15. Seruulis enim timor est, vbi Deum fugiunt impii & aduersantur, & sine fide tantum illius iudicia timent, & tanquam carnificem metuunt. Sic Diaboli quoque Marc. 1. v. 24. & impii, Cain, Saul, Judas, timent Deum.

At pii timent Deum quæta diligunt filiali timore. Augustinus, & illum secuti timorem definiunt, quod non ex metu pœnæ, sed charitate oriatur, Seruilem autem tantum ex metu pœnæ esse dicunt.

Sunt autem hi affectus mixti in piis: vt simul diligent Deum vt patrem, timeant tamen vt Dominum, quia lenient etiam interdum iram ipsius aduersus peccata sicq; ex fide Deum timent & honorant, Malach. 1. v. 6. Imit & honor.

Ex-

Explicat autem scriptum Salomon, quid intelligat per timorem Dei: Serva mandata illius Ex timore illo nascitur obedientia mandatorum Dei. Ex hac obedientia cognoscitur timor.

Mandata autem ipsius expressa sunt in verbo, & comprehendunt omnia cuncta Decalogus.

Versus huius loci erit, ut sciamus, non tantum esse difficultatem in cognitione voluntatis divinæ, sed paucis rem expedit, ut Deum timeamus. Huc pertinet id Deuter. 30. v. 1. & Mich. 6. v. 8. Ierem. 21. v. 8. Eccl. 12. v. 13. Ideoque nullam in nouissimo die excusationem habebit quisquam. Initium omnis sapientie timor Domini, Proverb. 9. Syr. . . Psal. III. Hic timor docebit quid faciendum: scilicet, quod Deus mandauit: & quid omitendum, scilicet quod Deus prohibuit. Ad omnia viriles timoreste, & peccatum impedit, Syrach. 1. vers. 27. atque omnia bona secum fert. Plura de timore Dei, vide supra in hac parte Promptuarii, in Dispositione Thematica LXXVII.

## II. Pars.

Audiuimus breuem concilulam, sed quæ multum haber in recessu. At solent nonnullæ hominum leges alioquin non omnes homines obligare; sic forsitan existimat aliquis hæc ad alios potius pertinere, quam ad nos.

Respondeat Salomon, Hoc omnibus esse dictum: ut Deum timeant, & mandata illius obseruent

Versus. Multi in his terris, præteritum potentes & diuites, aut securi vel temerari, putant sibi nec Deum timendum, nec homines. Pharaon, quis ille Deus? Exod. 5. v. 2. Index ille, Luc. 18. v. 2. & multi impii, Psal. 3. 6. v. 1. At omnibus hoc mandatum: tam Regibus quam rusticis. Quod si illi contemnant Deum, facile potest ipsis incutere terrorum, ut discant, quem timere debeant.

Expertus est hoc Pharaon. Ut trepidat, ut humiliatur coram Mose: Exod. 9. v. 27. & 10. v. 16. Rex ille Sancheribus

bus superbis, Isa. 36. v.8. & 37. Vide, quid audiat, v.29. &  
quomodo fugiat, vers. 27. Vide terorem incusum hosti-  
bus, 2. Reg. 7. v.6. Et 2. Par. 14. v.14. Gott läßt sich mit tru-  
gen. Humiliare potest superbos, Dan. 4. in fine.

**A D M O N I T I O** hoc est pro securis & contemtoribus  
Dei. Si hic non terreatur ut timeant, illic cum trepidatione  
videbunt, in quem pupugerunt, Zach. 12. v.10.

**C O N S O L A T I O** est pro oppressis: quando illi oppri-  
muntur ab his, qui Deum non timent. Cogitent ergo,  
Mann wird sie ein mal lehren Gottfürchsen. Cogitent  
de circulo in naribus, Isa. 37. v.29.

### I I I. Pars.

Rationem subnectit Salomon grauissimam, quare o-  
mnes omnino homines debeat timere Deum: Quia o-  
mnia opera eorum bona & mala, etiam occulta, in iudi-  
cium vocabit. Grauis sententia.

**L O C U S I.** Qui non vult timere Deum, cogitet de  
hoc iudicio: de quo fatemur in Symbolo, Veniet iudicare  
viuos & mortuos. Act. 17. v.31.

II. Congregabuntur omnes, 2. Corin. 5. v.10. Con-  
gregabuntur a quatuor ventis, Omnes populi, Matth. 25.  
v.31. Apocal. 20. v.12.

III. Omnia opera illorum ibi producentur. Vnde?  
Ex libris. Vide Apoc. 20. v.12.

Omnia erunt in recenti memoria Dei. Etiam omne  
verbum otiosum, Matth. 12. v.36

IV. Nec manifesta tantum, sed & occulta. Vide 1.  
Tim. 5 v 25, quædam fieri manifesta. Matth. 10. v.26

V. Reddenda erit ratio: tam Regi quam rustico suæ  
vilellationis, Luc. 16. v.2. Imo cui multum commisum,  
Vide Luc. 12. v.48.

O iudicium tremendum malis. Quis stabit? Psal. 130.  
v.3. Ad mille non vnum, Job. 9. v.3. Quid faciendum? O-  
randum. Ne intres, Psal. 143. v.2. Quærendus aduocatus,  
1 Joan. 2. v.1.

F I N I S.

THE-